ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 35r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



autem ille ostendebat testamentum dei esse supcarnem suam qui
dicebat. quis nos separabit a caritate dei. quae est in xpo
ihu. Tribulatio. an angustia. an periculum. an gladius.
Sieni uoce tantum modo confiteamur dnm ihm. & non ostenda
mus testamentum eius esse supcarnem nostrum. secdm haec
quae sup exposuimus. uidebimur & iam nos simile aliquid
facere iudeis. qui solo circumcisionis signo dm se confiteri
putant. factis aut negant. Nob aut prestet dns cor
de credere. ore confiteri. operibus conprobare. testa
mentum dei esse in carne nostra. Ut uidentes homines ope
ra nra bona. magnificent patrem nm qui in caelis est.
per ihm xpm dnm nm. Cui est gloria in secula seclorum. am

Expt omel III. Incip IIII de eo
quod scriptum est. Et uisus est ds abrah

Recitata est nob alia uisio dei ad abraham hoc modo.
Uisus est inquit ds abraham cum sederet ad ostium tab
naculi sui ad quercum mambre. & ecce uiri tres
adstiterunt super eum. & respiciens oculis suis abraham
uidit. & ecce uiri tres super eum. & exiit in occursum
eis. & caetera. Conferemus primo si uidetur hanc uisio
nem cum illa quae facta est ad loth. Tres uiri ue
niunt ad abraham & stant super eum. ad loth duo
ueniunt. & sedent in platea. uide si non dispen
satione sci spus pro meritis. res geruntur. & eni